



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 6. Ab homine, hominis malum ortu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

casset, liquidò dignoscere, &, ob dominij, scientiæ, prudentiæ, diuinæque protectionis plenitudinem, aliásq; causas, sine vllò incommodo, deuitare potuisset: post lapsum autem hæc illi in pœnam facta sunt, quia incautiùs vitauit, & sæpius permissus est in ea præcipiti cæcitate incurrere.

§. VI.

Ab homine, hominis malum ortum.

Itaque, qui terræ miserias accusatis: *Audite verbum Domini, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inuenerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cali.* *Amos, 4.*
Nemo nescit culpam esse pœna peiorem: cum peccatum sit verè & vnde quaque, aut, vt loquuntur, absolutè malum; pœna autem secundùm quid duntaxat, & ei, qui eam sustinet; in se autè iustitiæ opus; quod alijs est in exemplū virtutis. Igitur imeritò Deum accusatis, si terrā finit esse spinosam, quam vos ipsi sceleribus repletis, veris, magnis, detestandis malis. *Quæ seminauerit ho-* *Gal. 6. 8,*

mo. hac & metet. Hanc messem si Adam voluisset vitare, semetem omittere debuisset.

§. VII.

Hominem, etiam post peccatum, plantis bestijsq; esse superiorem.

Plin. li. 8. nat. hist. cap. 23. Quamquam neque herbae illae ipsae, aut bestiae multis noxiae, adeo noxiae sunt, ut utilitate sua careant. Recte ille dixit: *Non est fateri, rerum natura largius mala, an remedia genuerit.* Quippe cum, ut viperam morsus viperam cinere curatur, ita ex ipsis venenis optime medicinae conficiantur; & nosci etiam, non, ac vitari, ac ipsae quoque bestiae domari, magna ex parte, vel occidi possint, quae possunt nocere. Neque enim initio tantum,

Gen. 1. 26. atque ante peccatum, Deus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis, universaeque terrae, omniaque reptilia quod movetur in terra:* sed etiam post peccatum, imo post diluivium, dixit Deus Noe,

Gen. 9. 2. & filijs eius: *terror vester, ac tremor, sit super cuncta animantia terrae, & super omnes volucres caeli, cum universis, quae moventur super terram.* Multa sane sunt animalia hominibus fortiora, atque ea propter metuenda; nulla tamen prudentiora; qua de causa